

Zur Mystik des hl. Bonaventura

Autor(en): **Leonissa, Josef**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Divus Thomas**

Band (Jahr): **5 (1918)**

PDF erstellt am: **12.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-762384>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

ZUR MYSTIK DES HL. BONAVENTURA

Von P. JOSEF LEONISSA O. M. Cap.

Wie die Mystik des hl. Thomas von Aquin (vgl. *Divus Thomas III*, 232—255), so ist auch die Mystik seines Freundes, des hl. Bonaventura, durchaus die der christlichen Überlieferung. Für diese tritt der Doctor Seraphicus eifrig mit seinem ganzen Ansehen ein. — Im zweiten Sentenzenbuch (dist 23, a. 2, q. 3) spricht der heilige Lehrer von einer vierfachen übernatürlichen Gotteserkenntnis: von der *per fidem*, *per contemplationem*, *per apparitionem*, *per apertam visionem*. Die *contemplatio* ist ihm eine ausgezeichnete Gnade: „*Et primum (modus cognoscendi Deum, sc. per fidem) est gratiae communis, secundum (per contemplationem) est gratiae excellentis, tertium (per apparitionem) gratiae specialis et quartum (per apertam visionem) gloriae (gratiae) consummantis.*“ Gott wird erkannt durch etwas dem Verstande Gegenwärtiges, und zwar kann dies dem Erkennenden gegenwärtig sein oder einem anderen. Wenn letzteres, ist die Erkenntnis die des Glaubens; wenn ersteres, findet die *contemplatio*, die *apparitio* oder die *aperta visio* statt: „*Omne enim quod cognoscitur, cognoscitur per aliquid praesens; si igitur Deus cognoscitur, necesse est, quod per aliquid praesens intellectui cognoscatur; praesens autem voco hic secundum quod Augustinus (Tract. 1 in Ioann. nr. 19) vocat, quod praesens est intellectui ad videndum. Aut igitur cognosco Deum per hoc, quod est praesens mihi aut per hoc, quod est praesens alii. Si per hoc, quod est praesens alii, sic est cognitio fidei. Quod enim Deus sit trinus et unus, hoc ego credo Dei Filio, qui hoc enarravit (Io. 1, 18) et praedicavit, et Spiritui Sancto, qui hoc inspiravit. Quod enim credimus, debemus auctoritati, sicut dicit Augustinus de Utilitate credendi (c. 11, nr. 25). — Si autem cognosco Deum per hoc quod est praesens mihi, hoc potest esse tripliciter: aut per hoc, quod est praesens mihi in effectu proprio; et tunc est contemplatio, quae tanto est eminentior, quanto effectum divinae gratiae magis sentit in se homo, vel quanto etiam melius scit considerare Deum in exterioribus creaturis. — Aut est praesens mihi in signo proprio; et sic est apparitio, sicut apparuit Deus Abrahae (Gen. 18, 1 sqq.) in subiecta creatura, quae ipsum Deum figurabat; et sicut Spiritus Sanctus apparuit in columba. — Aut est praesens Deus in lumine suo et in se ipso; et sic est cognitio, qua videtur Deus in vultu suo, sive facie ad faciem; et sic est aperta visio, quae tota dicitur merces omnium meritorum.*“

Die Beschauung wird hier scharf unterschieden von der *apparitio*; die Beschauung ist *gratiae excellentis*, die *apparitio* dagegen *gratiae specialis*. So wird wesentlich die Beschauung unterschieden von ihren etwaigen (wunderbaren) Begleiterscheinungen (Visionen, Offenbarungen). Damit ist auch schon der Grundirrtum zurückgewiesen, die Beschauung sei ein Charisma (*gratia gratis data*). Ein solches ist die *apparitio* und ähnliches, d. i. eben *gratiae specialis*. Die Beschauung ist Wirkung der Gaben des Heiligen Geistes, insbesondere der Gaben der Weisheit, des Verstandes und der Wissenschaft, d. i. *gratiae excellentis*, wie das später vom heiligen Lehrer noch näher ausgeführt wird. Die Beschauung hält er für um

so vollkommener, je mehr die beschauende Seele in sich das göttliche Gnadenwirken wahrnimmt oder je besser sie Gott in den Geschöpfen zu erkennen vermag. So erklärt er uns also hier kurz schon Natur, Ursprung und Gradunterschied der Beschauung. Daß diese kein sogenanntes Charisma ist, ergibt sich auch daraus, weil selbst der excellentissimus modus contemplandi, wie nach Dionysius die oratio in caligine genannt wird, als erstrebenswert hingestellt (ad 6) wird, da doch das Verlangen nach Wunderdingen, wie die Charismen sind, auszuschließen ist: „Hunc modum cognoscendi (Deum) arbitror cuilibet viro iusto in via ista esse quaerendum.“ Alle sind wir ja berufen, zur vollkommenen Vereinigung mit Gott zu gelangen. Dazu sind uns in der heiligen Taufe mit der heiligmachenden Gnade die göttlichen Tugenden nebst den Gaben des Heiligen Geistes verliehen worden. Die Gottvereinigung kann nur stattfinden mittels der göttlichen Tugenden, welche durch die Gaben des Heiligen Geistes vervollkommen werden. Letzteres nun geschieht gerade in der Beschauung.

Von dieser Gottvereinigung mittels der Beschauung redet der hl. Bonaventura in seinem Itinerarium (bes. 4. u. 7. Kap.). Gott ist unserem Geiste überaus nahe; denn von Natur trägt die Menschenseele das Bild der heiligsten Dreifaltigkeit. Gleichwohl gibt es so wenige, welche in sich selbst diese erste Ursache, diesen höchsten, ewigen Ursprung betrachten, was indes nicht zu verwundern ist: „Sed ratio est in promptu, quia mens humana, sollicitudinibus distracta, non intrat ad se per memoriam; phantasmatis obnubilata, non redit ad se per intelligentiam; concupiscentiis illecta, ad se ipsam nequaquam revertitur per desiderium suavitatis internae et laetitiae spiritualis. Ideo totaliter in his sensibilibus iacens, non potest ad se tanquam ad Dei imaginem reintrare.“ Die irdischen Sorgen zerstreuen das Gedächtnis; die Sinnesbilder verdunkeln den Verstand; die Lockungen der Begierlichkeit hindern das Verlangen nach innerer Wonne und geistlicher Freude. So gänzlich in die sinnlichen Dinge verstrickt, achtet man nicht auf das Bild Gottes im Innern. Damit nun unsere Seele sich losmache vom Sinnlichen und sich erhebe zum Schauen ihrer selbst und der ewigen Wahrheit in ihr, mußte die in Christus menschgewordene Wahrheit die in Adam gefallene und verdorbene Natur erneuern und heilen: „Et quoniam, ubi quis ceciderit, necesse habet ibidem recumbere, nisi apponat quis et adiciat, ut resurgat (Is. 24, 20); non potuit anima nostra perfecte ab his sensibilibus relevari ad contuitum sui et aeternae Veritatis in se ipsa, nisi Veritas, assumpta forma humana in Christo, fieret sibi scala reparans priorem scalam, quae fracta fuerat in Adam.“ Die früher unversehrte und vollkommene Natur war eben infolge des Sündenfalles angesteckt und verdorben und konnte nur mehr auf übernatürlichem Wege geheilt und geheiligt werden. Eben aber dazu ist Christus, wie der Apostel (1. Tim. 2, 5) sagt, unser Mittler geworden: „Ideo, quantumcumque sit illuminatus quis lumine naturae et scientiae acquisitae, non potest intrare in se, ut in se ipso delectetur in Domino (Ps. 36, 4), nisi mediante Christo, qui (Ioan. 10, 9) dicit: Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet.“ Zu dieser Türe aber, die Christus ist, kommen wir nur dadurch, daß wir an ihn glauben, auf ihn hoffen und ihn lieben, also mittels der drei göttlichen Tugenden. Diese sind eben das Mittel zur

Gottvereinigung; je vollkommener diese in uns werden, desto inniger werden wir mit Gott vereint: „Ad hoc autem ostium non appropinquamus, nisi in ipsum credamus, speremus et amemus. Necesse est igitur, si reintrare volumus ad fruitionem Veritatis tanquam ad paradisum, quod ingrediamur per fidem, spem et caritatem mediatoris Dei et hominum Jesu Christi, qui est tanquam lignum vitae in medio paradisi (Prov. 3, 18). Supervestienda est igitur imago mentis nostrae tribus virtutibus theologicis, quibus anima purificatur, illuminatur et perficitur, et sic imago reformatur et conformis supernae Jerusalem efficitur et pars Ecclesiae militantis, quae est proles, secundum Apostolum, Jerusalem coelestis. Ait enim (Gal. 4, 26): Illa quae sursum est Jerusalem libera est, quae est mater nostra.“

Wenn nun die Seele vollkommener durch Glaube, Hoffnung und Liebe vereint wird mit Jesus Christus, der da ist als das ungeschaffene, geoffenbarte und menschgewordene Wort, „der Weg, die Wahrheit und das Leben“, erfaßt sie in übernatürlicher Erkenntnis und Liebe wie mit besonderen geistigen Sinnen die höchste Schönheit, den höchsten Wohlklang, den größten Wohlgeruch, die höchste Wonne, die größte Freude und wird so zubereitet zu hohen Geisteserhebungen der Andacht, Bewunderung und Freude: „Anima igitur credens, sperans et amans Jesum Christum, qui est Verbum incarnatum, increatum et inspiratum, scilicet via, veritas et vita; dum per fidem credit in Christum tanquam in Verbum increatum, quod est Verbum et splendor Patris, recuperat spiritualem auditum et visum, auditum ad suscipiendum Christi sermones, visum ad considerandum illius lucis splendores. Dum autem spe, suspirat ad suscipiendum Verbum inspiratum, per desiderium et affectum recuperat spiritualem olfactum. Dum caritate complectitur Verbum incarnatum, ut suscipiens ab ipso delectationem et ut transiens in illud per ecstaticum amorem, recuperat gustum et tactum. Quibus sensibus recuperatis, dum sponsum suum videt et audit, odoratur, gustat et amplexatur, decantare potest tanquam sponsa Canticum eanticorum, quod factum fuit ad exercitium contemplationis secundum hunc quartum gradum, quem nemo capit, nisi qui accipit (Apoc. 2, 17), quia magis est in experientia affectuali quam in consideratione rationali. In hoc namque gradu, reparatis sensibus interioribus ad sentiendum summe pulchrum, audiendum summe harmonicum, odorandum summe odoriferum, degustandum summe suave, apprehendendum summe delectabile, disponitur anima ad mentales excessus, scilicet per devotionem, admirationem et exultationem, secundum illas tres exclamationes, quae fiunt in Canticis canticorum (3, 6; 6, 9; 8, 5). Quarum prima fit per abundantiam devotionis, per quam fit anima sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris; secunda per excellentiam admirationis, per quam fit anima sicut aurora, luna et sol, secundum processum illuminationum suspendentium animam ad admirandum sponsum consideratum; tertia per superabundantiam exultationis, per quam fit anima suavissimae delectationis deliciis affluens, innixa totaliter super dilectum suum.“

Die hier angeführten geistigen Sinne sind dem hl. Bonaventura keineswegs neue höhere Sinne nach Art der Engel (vgl. Lamballe,

a. a. O., p. 35, Note 1. u. p. 101), sondern bloße geistige Zustände, Auffassungen, Wahrnehmungen, Begriffe, wie er ausdrücklich in seinem *Breviloquium* (Pars V, c. 6) sagt: „Sensus spirituales . . . non dicunt novos habitus, sed status delectationum et usus spiritualium speculationum, quibus replentur et consolantur spiritus virorum iustorum.“ Später heißt es daselbst: „Sensus spirituales dicunt perceptiones mentales circa veritatem contemplandam.“ Sie werden geistige Sinne genannt, weil sie den Wahrnehmungen der körperlichen Sinne ähnlich sind und der Name der Ursachen den Wirkungen beigelegt wird. Ferner heißt es auch: „Quibus (i. e. sensibus spiritualibus) videtur Christi sponsi summa pulchritudo sub ratione Splendoris; auditur summa harmonia sub ratione Verbi; gustatur summa dulcedo sub ratione Sapientiae comprehendentis utrumque, Verbum scilicet et Splendorem; odoratur summa fragrantia sub ratione Verbi inspirati in corde; astringitur summa suavitas sub ratione Verbi incarnati, inter nos habitantis corporaliter et reddentis se nobis palpabile, osculabile, amplexabile per ardentissimam caritatem, quae mentem nostram per ecstasim et raptum transire facit ex hoc mundo ad Patrem.“ — Bei der Beschauung kommt es mehr auf die Liebe an, wie der heilige Lehrer (*Itiner.* c. 4) oben sagte, als auf die Erkenntnis: „magis est in experientia affectuali quam in consideratione rationali.“ Am Schlusse dieses Kapitels betont er dies noch weiter und eindringlicher, indem er die erhabene Umgestaltung der Seele auf die Liebe Christi zurückführt, die durch den Heiligen Geist in unseren Herzen ausgegossen ist: „Quibus omnibus luminibus intellectualibus mens nostra repleta, a divina Sapientia tanquam domus Dei inhabitatur, effecta Dei filia, sponsa et amica; effecta Christi capitis membrum, soror et coheres, effecta nihilominus Spiritus sancti templum, fundatum per fidem, elevatum per spem et Deo dicatum per mentis et corporis sanctitatem. Quod totum facit sincerissima caritas Christi, quae diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom 5, 5), sine quo Spiritu non possumus scire secreta Dei. Sicut enim quae sunt hominis nemo potest scire nisi spiritus hominis, qui est in illo; ita et quae sunt Dei nemo scit nisi spiritus Dei. — In caritate igitur radicemur et fundemur, ut possimus comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit longitudo aeternitatis, quae latitudo liberalitatis, quae sublimitas maiestatis et quod profundum sapientia iudicantis.“

Durch die drei göttlichen Tugenden wird unsere Seele mit Gott vereint, ganz besonders durch die Liebe, welche allein in der ewigen Seligkeit bleibt. Gerade aber in der Beschauung werden diese göttlichen Tugenden, insbesondere die Liebe, vollkommen. Vor allem ist die Liebe Ursprung und Ziel der echt mystischen Beschauung, die sich eben dadurch von jeder bloß natürlichen und allen falschen Abarten durchaus unterscheidet. Noch deutlicher zeigt sich dies bei der vollkommenen Beschauung, beim sechsten Grade im *Itinerarium* (7. Kapitel): „Postquam mens nostra contuita est Deum extra se per vestigia et in vestigiis, intra se per imaginem et in imagine, supra se per divinae lucis similitudinem super nos relucentem et in ipsa luce, secundum quod possibile est secundum statum viae et exercitium mentis nostrae; cum tandem in sexto gradu ad hoc

pervenerit, ut speculetur in principio primo et summo et mediatore Dei et hominum, Jesu Christo ea quorum similia in creaturis nullatenus reperiri possunt, et quae omnem perspicacitatem humani intellectus excedunt: restat, ut haec speculando transcendat et transeat non solum mundum istum sensibilem, verum etiam semetipsam: in quo transitu Christus est via et ostium, Christus est scala et vehiculum tanquam propitiatorium super arcam Dei collocatum et sacramentum a saeculis absconditum.“ Wohl zu beachten ist, daß St. Bonaventura immer, selbst bei der vollkommensten Beschauung hienieden, auf Christus, auf das Verbum incarnatum, auf die heiligste Menschheit Jesu hinweist: „per Christum hominem ad Christum Deum.“

„Ad quod propitiatorium (heißt es im Texte weiter) qui aspicit plena conversione vultus, aspiciendo eum in cruce suspensum per fidem, spem et caritatem, devotionem, admirationem, exultationem, appretiationem, laudem et jubilationem; pascha, hoc est transitum, cum eo facit, ut per virgam crucis transeat mare rubrum, ab Aegypto intrans desertum, ubi gustet manna absconditum, et cum Christo requiescat in tumulo quasi exterius mortuus, sentiens tamen, quantum possibile est secundum statum viae, quod in cruce dictum est latroni cohaerenti Christo: Hodie mecum eris in paradiso.“ Als Beispiel dieser vollkommenen Beschauung führt unser heiliger Lehrer den heiligen seraphischen Vater Franziskus an. Er schreibt nämlich weiter: „Quod etiam ostensum est beato Francisco, cum in excessu contemplationis in monte excelso — ubi haec, quae scripta sunt, mente tractavi — apparuit Seraph sex alarum in cruce confixus, ut ibidem a socio eius, qui tunc cum eo fuit, ego et plures alii audivimus; ubi in Deum transiit per contemplationis excessum; et positus est in exemplum perfectae contemplationis, sicut prius fuerat actionis, tanquam alter Jacob et Israel, ut omnes viros vere spirituales Deus per eum invitaret ad huiusmodi transitum et mentis excessum magis exemplo quam verbo.“

Um aber zur mystischen Beschauung, zumal zur vollkommenen, zu gelangen, ist ein erhabenes Gnadenwirken des Heiligen Geistes nötig und unsererseits ein geheimnisvoller, mystischer, geistiger Tod. Dieser Weg nun wird jetzt näher gezeigt: „In hoc autem transitu, si sit perfectus, oportet quod relinquuntur omnes intellectuales operationes, et apex affectus totus transferatur et transformetur in Deum. Hoc autem est mysticum et secretissimum, quod nemo novit, nisi qui accipit, nec accipit, nisi qui desiderat, nec desiderat nisi quem ignis Spiritus sancti medullitus inflamat, quem Christus misit in terram. Et ideo dicit Apostolus (1. Cor. 2, 10 sq.), hanc mysticam sapientiam esse per Spiritum sanctum revelatam.“ Freilich ist auch unsererseits ein Mitwirken erforderlich; es gilt keineswegs, wie der sogenannte Quietismus will, ein völliges Untätigsein unsererseits; wir müssen uns gewissermaßen zubereiten, aber alles hängt schließlich von der Gnadengabe des Heiligen Geistes ab. Darum werden auch die mystischen Zustände ein pati divina, ein Leiden göttlichen Gnadenwirkens genannt. Je mächtiger der Heilige Geist mit den Gnadengaben einwirkt, desto geringer müssen wir eigenes Bemühen einschätzen; da gilt so recht volles Mißtrauen in uns und gänzliche Hingabe an Gott mit unerschütterlichem Gottvertrauen. Darum heißt

es weiter: „Quoniam igitur ad hoc nihil potest natura, modicum potest industria, parum est dandum inquisitioni, et multum unctioni; parum dandum est linguae, et plurimum internae laetitiae; parum dandum est verbo et scripto, et totum Dei dono, scilicet Spiritui sancto; parum aut nihil dandum est creaturae, et totum creatrici essentiae, Patri et Filio et Spiritui, dicendo cum Dionysio (Mystica Theologia, c. 1, § 1) ad Deum Trinitatem: ‚Trinitas superessentialis et superdeus et superoptime Christianorum inspector theosophiae, dirige nos in mysticorum eloquiorum superincognitam et superlucentem et sublimissimum verticem; ubi nova et absoluta et inconversibilia theologiae mysteria secundum superlucentem absconduntur occulte docentis silentii caliginem in obscurissimo; quod est supermanifestissimum, supersplendentem, et in qua omne relucet, et invisibilium superbonorum splendoribus superimplentem invisibiles intellectus.‘ Hoc ad Deum.“

Da bei der mystischen Beschauung und bei der vollkommenen Gottvereinigung alles von der allgütigen, durchaus unverdienten göttlichen Gnadengabe abhängt, darum ist vor allem der dreieinige Gott anzuflehen, dieses unverdiente Gnadengeschenk huldvollst mitzuteilen. Je demütiger dieses Flehen und Bitten sein wird, desto sicherer und schneller kann es auf Erhörung rechnen; denn dann wird auch die beharrliche Zubereitung nicht fehlen, soweit es nur immer möglich ist. Dazu leiten die folgenden Worte an den Freund an: „Ad amicum autem, cui haec scribuntur, dicatur cum eodem: ‚Tu autem, o amice, circa mysticas visiones (contemplationes), corroborato itinere, et sensus desere et intellectuales operationes et sensibilia et invisibilia et omne non ens et ens, et ad unitatem, ut possibile est, inscius restituere ipsius, qui est super omnem essentiam et scientiam. Etenim te ipso et omnibus immensurabili et absoluto purae mentis excessu, ad superessentialem divinarum tenebrarum radium, omnia deserens et ab omnibus absolutus, ascendes.“ Hier ist Rede von einem Grade der Beschauung, von der oratio in caligine. Vor lauter Überfülle des göttlichen Lichtes ist der Verstand gleichsam blind, im tiefsten Dunkel, aber der Wille ist ganz entflammt von göttlicher Liebe. Volle Abkehr von allem, was nicht Gott ist, der sogenannte mystische Tod, ist der Weg zu dieser erhabenen Beschauung: „Si autem quaeras, quomodo haec fiant, interroga gratiam, non doctrinam; desiderium, non intellectum; gemitum orationis, non studium lectionis; sponsum, non magistrum; Deum, non hominem; caliginem, non claritatem; non lucem, sed ignem totaliter inflammantem et in Deum excessivis unctionibus et ardentissimis affectionibus transferentem. Qui quidem ignis Deus est, et huius caminus est in Jerusalem (Is. 31, 9), et Christus hunc accendit in fervore suae ardentissimae passionis, quem solus ille vere percipit, qui dicit: Suspendium elegit anima mea, et mortem ossa mea (Iob. 7, 15). Quam mortem qui diligit videre potest Deum, quia indubitanter verum est: Non videbit me homo et vivet (Ex. 33, 20). — Moriamur igitur et ingrediamur in caliginem, imponamus silentium sollicitudinibus, concupiscentiis et phantasmatis: transeamus cum Christo crucifixo ex hoc mundo ad Patrem (Io. 13, 1), ut, ostenso nobis Patre, dicamus cum Philippo: Sufficit nobis; audiamus cum Paulo: Sufficit tibi gratia mea; exultemus cum David (Ps. 72, 26; 105, 48) dicentes: Defecit caro mea et cor meum, Deus

cordis mei et pars mea Deus in aeternum. Benedictus Dominus in aeternum, et dicet omnis populus: Fiat, fiat. Amen.“ Diesen geistigen, mystischen Tod ist so wahrhaft gestorben unser heiliger seraphischer Vater Franziskus und darum ging er auch in so erhabener Beschauung ein in das geheimnisvolle Dunkel der Gottheit und ward beim Andenken an das Leiden und Sterben Jesu so voll und ganz versenkt in das Feuermeer der göttlichen Liebe, daß Wald und Au stets wiedertönte von seinem heißen Liebesseufzer: „Deus meus et omnia! Mein Gott und mein Alles!“ So prägt sich denn die echte seraphische Mystik wie des heiligen Vaters Franziskus, so auch des wahren Sohnes, des hl. Bonaventura aus in den beiden Worten: *Armut und Liebe. Armut* als vollkommene Losschälung und Blöße von aller Kreatur; *Liebe* als vollkommene Hingabe an Gott allein, als vollkommene Gleichförmigkeit mit Gottes heiligstem Willen: *Deus meus et omnia!*“

Wiederholt äußert sich unser Doctor Seraphicus über die Beschauung in *caligine*, so im Sentenzenkommentar an der gleich anfangs erwähnten Stelle. Da nun heißt es bei der zweiten Meinung betreffs der Gotteserkenntnis Adams vor dem Sündenfalle: „Dicit Dionysius in libro de Mystica Theologia (c. 1, § 1), quod excellentissimus modus contemplandi est ignote ascendere, quia nec ipse Moyses Deum valuit videre, et ideo introductus dicitur fuisse in caliginem. Unde Dionysius vocat (§ 2) eos indoctos, qui dicunt, se nosse eum qui posuit tenebras latibulum suum“ (Ps. 17, 12). Weiter (ad 6) wird gesagt: „Oculi aspectus in Deum figi potest, ita quod ad nihil aliud aspiciat; attamen non perspiciet vel videbit ipsius lucis claritatem, immo potius elevabitur in caliginem et ad hanc cognitionem elevabitur per omnium ablationem, sicut Dionysius dicit in libro de Mystica Theologia (c. 1, § 2, et c. 2 sq.), et vocat istam cognitionem *doctam ignorantiam*. Haec enim est in qua mirabiliter inflammatur affectio, sicut eis patet, qui aliquoties consueverunt ad anagogicos elevari excessus. Hunc modum cognoscendi arbitror cuilibet viro iusto in via ista esse quaerendum; quodsi Deus aliquid ultra faciet, hoc privilegium est speciale, non legis communis.“ Hier wendet sich der heilige Lehrer mit aller nur wünschenswerten Deutlichkeit gegen den *Grundirrtum*, die Beschauungsgnade sei eine *gratia gratis data*, sei ein *Charisma*, sei wunderbar und man dürfe sie nicht wünschen und erbitten. Er sagt selbst von dem „*excellentissimus modus contemplandi*“, bei welcher die Seele in *caliginem* erhoben wird, daß er „*cuilibet viro iusto in via ista esse quaerendum*“, daß er „*legis communis*“ sei. Wunderbare Dinge sind nicht zu erbitten, sie sind eine besondere (non *legis communis*) Bevorzugung: „*quodsi Deus aliquid ultra faciet, hoc privilegium est speciale*“.

Von der *docta ignorantia* ist auch Rede im *Breviloquium*. Gleich nach den schon angeführten Worten: „*Sensus . . . spirituales dicunt perceptiones mentales circa veritatem contemplandam*“ folgt: „*Quae quidem contemplatio in Prophetis fuit per revelationem quantum ad triplicem visionem, scilicet corporalem, imaginativam et intellectualem* (d. i. auf wunderbare Weise); in aliis vero iustis reperitur per *speculationem*, quae incipit a sensu et pervenit ad *imaginationem* et de *imaginatione* ad *rationem*, de *ratione* ad *intellectum*, de *intellectu* ad *intelligentiam*; de *intelligentia* vero ad sa-

pietiam sive notitiam excessivam, quae hic in via incipit, sed consummatur in gloria sempiterna. Et in his gradibus consistit scala Jacob, cuius cacumen attingit coelum (Gen. 28, 12); et thronus Salomonis, in quo residet Rex sapientissimus et vere pacificus et amorusus ut sponsus speciosissimus et desiderabilis totus (Cant. 5, 16); in quem desiderant Angeli prospicere (1. Petr. 1, 12), et ad quem suspirat desiderium sanctarum animarum, sicut cervus desiderat ad fontes aquarum (Ps. 41, 1). Quo quidem desiderio ferventissimo ad modum ignis spiritus noster non solum efficitur agilis ad ascensum, verum etiam quadam ignorantia docta supra se ipsum rapitur in caliginem et excessum, ut non solum cum sponsa (Cant. 1, 3) dicat: In odorem unguentorum tuorum curremus, verum etiam cum Propheta (Ps. 138, 11) psallat: Et nox illuminatio mea in deliciis meis. Quam nocturnam et deliciosam illuminationem nemo novit nisi qui probat, nemo autem probat nisi per gratiam divinitus datam, nemini datur, nisi ei qui se exercet ad illam.“

Wie schon gesagt, wird die Gottvereinigung erlangt mittels der göttlichen Tugenden; diese aber werden vollendet durch die mystische Beschauung, welche bewirkt wird von den Gaben des Heiligen Geistes, insbesondere der Gabe des Verstandes und der Weisheit, aber auch der Wissenschaft. St. Bonaventura behandelt diese Gaben eigens in seinem Sentenzenkommentar sowie in seinen *Collationes de donis Spiritus Sancti*. Im Kommentar (3. Sent. dist. 35, q. 3) behandelt er das donum intellectus, das zunächst den Glauben vollendet, aber auch mächtig die Liebe entzündet und die Hoffnung stärkt. Diese Gabe verleiht ein Licht, durch das wir den Glaubensinhalt vernunftgemäß erkennen, und zwar in bezug auf den Schöpfer wie auf die geistigen Geschöpfe. Darnach wird der eigentümliche Akt und Gegenstand der Gabe bestimmt. Dieselbe betätigt sich somit bei der Beschauung des Schöpfers und der geistigen Kreatur: „Cognitio de Deo sub ratione veri potest haberi secundum triplicem modum: uno modo habetur cognitio de Deo per simplicem assensum; alio modo per rationis adminiculum; tertio modo per simplicem intuitum. Primum est virtutis fidei, cuius est assentire; secundum est doni intellectus, cuius est credita per rationem intelligere; tertium est beatitudinis munditiae cordis, cuius est Deum videre. Quoniam ergo rationes, secundum quas iuvamur ad credita intelligenda, accipiuntur non solum a conditionibus Creatoris, sed etiam a conditionibus creaturae spiritualis, quae inter creaturas habet proximiorum assimilationem ad Creatorem; hinc est, quod donum intellectus — cuius actus est in contemplationem summi Veri elevare per lumen, quod non solum facit assentire, sed etiam per congruas rationes credita intelligere — non solum attenditur in contemplatione creatricis essentiae, sed etiam spiritualis creaturae. Et ex hoc patet, quis sit actus et obiectum proprium ipsius doni intellectus: quoniam obiectum eius est ipsum Verum aeternum, in quantum intelligibile, non solum secundum proprias condiciones, sed etiam secundum proprietates creaturarum sibi similium... Actus vero eius est contemplari ipsum verum creditum, ut devotius credatur et ardentius diligatur. Et ita donum intellectus consistit in contemplatione rationali Creatoris et spiritualis creaturae.“

In der 8. Collatio de donis Spiritus Sancti (Nr. 2—6) ist Rede von der demütigen Dankbarkeit, mit der das donum intellectus aufzunehmen ist, sowie von der Zubereitung zu dieser Aufnahme: „Donum istud requirit, hominem esse gratum Deo, et facit, quod homo recognoscat se ipsum et donum et doni principium; et intelligendo doni principium recognoscat homo se ipsum, et sic gratias agat. Et tunc benedicit Deum et refundit pulcritudinem doni in ipsum auctorem doni et ipsum laudat et dantem non impugnat. — Disponimus autem nos ad suscipiendum istud donum per tria: primo, per vitae sanctimoniam; secundo, per mansuetudinis tractabilitatem; et tertio, per intelligentiae captivationem, ut benedicamus auctorem istius doni.“ Diese dreifache Zubereitung wird dann im einzelnen näher behandelt, zuerst die Heiligkeit des Lebens: „Primo, dico, disponimus nos ad recipiendum istud donum intellectus per vitae sanctimoniam; unde Isaias (28, 9): Quem docebit scientiam, et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte et avulsos ab uberibus. — Lac significat dulcedinem delectationum carnalium, qua dulcedine pascuntur carnales et infantes, id est, qui sequuntur motus infantiles. Et quamdiu homo coniunctus est istis consolationibus carnalibus, dicitur lactans et non est idoneus ad suscipiendum solidum cibum vitae et intellectus. Si volumus benedicere Deum et recipere istud donum, oportet, quod simus avulsi ab istis consolationibus et sequestremus nos a lacte concupiscentiarum. De Daniele (1, 17) et sociis eius, qui continentes erant, dicitur, quod dedit eis Deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia. Delectatio circa tactum impugnat maxime istud donum, ebrietas ex parte anteriori et luxuria ex parte posteriori.“

Zur Erlangung der Gabe des Verstandes dient ferner sanftmütige Nachgiebigkeit: „Unde in Ecclesiastico (5, 13): Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas. Concupiscentia obnubilat intellectum, et furor impedit intelligentiam, quia, impedit ira animum, ne possit cernere verum“. — Philosophus dicit, quod „quiescendo anima fit prudens et sciens“. Quando aqua est quieta, tunc homo videt in ea bene faciem suam; sed quando est turbata, tunc nihil potest in ea videre. Ita, quando homo est in ira, tunc non videt veritatem. Contentiosi intelligentiam impediunt in se et in aliis. Iratus etiam pertinaciter defendit falsum. Unde Legislator (i. e. Moyses) mitissimus fuit. Dicit Isaias (28, 19): Tantum modo sola vexatio intellectum dabit auditui. Homo tractabilis addiscit et fit mitis.“

Zum Empfang der Gabe des Verstandes dient endlich noch die Unterwürfigkeit des Verstandes: „Unde Isaias (7, 9) secundum translationem Septuaginta dicit: Nisi credideritis, non intelligetis. Et Augustinus dicit: „Nisi homo captivet intellectum suum et sequatur per fidem ea quae audit, non disponitur ad donum intellectus.“ Et Apostolus (2. Cor. 10, 5) dicit: Captivantes intellectum in obsequium Christi. Qui secundum lucem intelligentiae suae vult sacram Scripturam indagare, cogitat errores falsissimos. In vita ista sumus parvuli, et „oportet addiscentem credere“; Deo enim oportet credere et maxime in sublimibus, quae transcendunt intelligentiam nostram. Primus Angelus

erravit, quia praesumpsit de se. — Concupiscibilis (i. e. vis) deordinata impedit istud donum; similiter et irascibilis, quando est deordinata; sed quando rationalis est deordinata, maxime impedit istud donum. Oportet igitur, quod captivemus intellectum nostrum, si volumus suscipere istud donum. Furibundus est qui omnia despicit; non est dispositus ad suscipiendum istud donum nec praesumptuosus. Oportet igitur, quod captivemus intellectum nostrum, quia qui plus credit scire frequenter minus scit.“

Vom donum intellectus als *clavis contemplationum coelestium* wird näher gehandelt in den *Collationes in Hexaëmeron*. Da nun (Coll. 3) heißt es: „*Clavis contemplationis est intellectus triplex, scilicet intellectus Verbi increati, per quod omnia producuntur; intellectus Verbi incarnati, per quod omnia reparantur; intellectus Verbi inspirati, per quod omnia revelantur. Nisi enim quis possit considerare de rebus, qualiter originantur, qualiter in finem reducuntur, et qualiter in eis refulget Deus; intelligentiam habere non potest.*“ Für unseren Zweck kommt nur der dritte Schlüssel in Betracht. Es handelt sich da um das Verständnis der Gesichte: „Daniel intellexit sermonem. Intelligentia enim opus est in visione. Nisi enim verbum sonet in aure cordis, splendor luceat in oculo, vapor et emanatio omnipotentis sit in olfacto, suavitas in gustu, sempiternitas impleat animam; non est homo aptus ad intelligendas visiones. Sed Danieli dedit Deus intelligentiam omnium visionum et somniorum (1, 17). Per quid? Per Verbum inspiratum.“ Außer der gewöhnlichen Einteilung der visio in: corporalis, imaginaria, intellectualis wird entsprechend dem Sechstageswerk bei der Schöpfung eine visio sextuplex aufgestellt: „quibus minor mundus fit perfectus, sicut maior mundus sex diebus“. Diese sechsfache visio: „Est visio intelligentiae per naturam inditae, et visio intelligentiae per fidem sublevatae, per Scripturam eruditae, per contemplationem suspensae, per prophetiam illustratae, per raptum in Deum absorptae. Ad has sequitur visio septima animae glorificatae, quas omnes habuit Paulus. — Primae duae sunt multorum, duae aliae paucorum, hae ultimae duae paucissimorum.“ Dazu bemerken die RR. PP. Editores der Editio-Quaracchi (Tom. V, 347, Note 5): „Istae sex visiones sunt argumentum, quod in seqq. collationibus tractatur. De prima agitur in coll. 4—7; de secunda in coll. 8—12; de tertia in coll. 13—19; de quarta in coll. 20—23. Tractatio quintae et sextae visionis deficit ob rationem notatam in additamento ad ultimam.“

In der 20. Collatio beginnt der heilige Lehrer von der vierten visio zu reden, d. i. der durch die Beschauung erhobenen Erkenntnis: „silicet intelligentiae per contemplationem suspensae.“ Dazu aber gelangt nur „der Mann des Verlangens“, wie es von Daniel (9, 23) heißt: „Sed intelligendum, quod hanc visionem nullus habet, nisi sit vir desideriorum, nec potest eam habere nisi per magnum desiderium. Unde Psalmus (33, 9): Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. Primo dicit gustate. Gustus enim suavis non est, nisi praecedat appetitus gustabilis vel ad gustabile succipiendum.“ Die beschauliche Seele ist vergleichbar dem Firmamente mit Sonne, Mond und Sternen, woraus sich auch der

hohe Wert der Beschauungsgnade erkennen läßt: „Haec autem intelligentia per contemplationem suspensa datur intelligi per opus quartae diei, in qua luminaria facta sunt. Anima autem illa sola per contemplationem suspensa est, quae habet solem et lunam et stellas in firmamento suo. Considera, modo si non esset sol et luna et stellae in firmamento, quid esset mundus? Non esset nisi quaedam massa tenebrosa, quia etiam nox cum lumine siderum adhuc tenebrosa et horribilis est. Sic est de anima. Quae enim non habet gratiam contemplationis est sicut firmamentum sine luminaribus; sed quae habet est firmamentum ornatum luminibus. Et sicut differt caelum non habens haec luminaria a caelo habente, sic anima non habens, ab anima disposita ad hoc; unde differt sicut Angelus a bestia. Bestialis est homo carens his et habens faciem inclinatum ad terram sicut animal; sed plenus luminibus est totus angelicus.“

Die Worte des weisen Sirach (26, 21): „Sicut sol oriens in altissimis Dei, sic mulieris bonae species in ornamentum domus suae“ gelten zunächst der ewigen Weisheit, dann aber auch der von der ewigen Weisheit erleuchteten, d. i. der beschaulichen Seele: „Similiter anima contemplativa intelligitur per mulierem illam; et dicuntur animae contemplativae filiae Jerusalem, quia formosae et fecundae. Est formositas est fecunditas, quia, quanto plus concipiunt lumina, tanto formosiores sunt; unde (Matth. 5, 8): Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Unde per puritatem, non per rationem, oportet introire in contemplationem. Et ideo cum simplicibus sermocinatio eius; qui habent mentes puras, non excaecatas propter malitiam supervenientem. Animae ergo, quae sunt formosae et fecundae, dicuntur filiae Jerusalem et intelliguntur per solem ratione formositatis, et per mulierem ratione fecunditatis.“ Als Beispiel einer beschaulichen Seele wird der hl. Benedikt angeführt: „Anima beati Benedicti bene fuit contemplativa, quae totum mundum vidit in uno radio solis. Non multum studuerat ipse nec libros habebat, quia decimo tertio anno mundum dimiserat et latitabat inter fruteta cum bestiis, sicut una fera; unde etiam pastores crediderunt eum feram. Et ut dicit Gregorius, mundus non fuit coangustatus in uno radio solis, sed eius animus fuit dilatatus, qui vidit omnia in illo cuius magnitudine omnis creatura angusta est et parva et modica.“ In der beschaulichen Seele spiegelt sich wieder der ganze Erdkreis, die himmlische Geisterwelt und Gott selbst. Darum eben strahlt diese Seele wieder von wunderbarem Lichte und wundervoller Schönheit, in Gott gleichsam umgewandelt: „Considera, quod in anima contemplativa describitur universus orbis et quilibet spiritus caelestis, qui in se habet descriptum totum orbem; describitur etiam radius supersubstantialis (i. e. Deus), qui et universum orbem et universum spiritum continet. Ergo in anima contemplativa mira sunt lumina et mira pulcritudo. Sic ergo mundus, pulcher a summo ad imum, ab initio ad finem, descriptus in anima facit speculum; et quilibet spiritus est speculum: et sic in anima est mira numerositas, summus ordo, summa proportionalitas. Pulchra ergo est universitas spirituum, quia quoties in anima sic relucet dispositio orbis terrarum et spirituum beatorum et radii supersubstantialis, toties in ea est mira refulgentia; et ex hoc est speciosior sole. Rursus, radius, qui continet omnem disposi-

tionem et repraesentat omnes theorias, est in anima, et in illo anima absorbetur per mentis transformationem in Deum; et ideo est anima super omnem dispositionem stellarum.“ (Cfr. Sap. 7, 29.)

Den Unterschied der Unbeschaulichen und der mehr oder minder Beschaulichen zeichnet der heilige Lehrer mit diesen kurzen Worten: „Animae . . . non sublevatae sunt quasi in hieme; sed quae sunt elevatae ad mediocrem contemplationem sunt quasi in vere; sed quae elevatae sunt ad excessus ecstáticos sunt sicut in aestate et percipiunt fructus autumnales, quia quiescunt. Tunc enim in autumno colligunt fructus et faciunt et celebrant solemnitates in autumno. Sed ubi exurit in meridie? (Cfr. Eccli. 43, 2 sqq.) Quando in maxima virtute est, hoc est in caelo.“ Die ganz vollkommene Beschauung ist die himmlische; dieser sind hienieden am ähnlichsten die Verzückungen: „Haec enim est perfecta contemplatio; et illas inflammationes et ardores, quos emittit ille sol in animas illas, quae habent excessus mentales, nullus potest explicare. Si enim secundum Apostolum (Rom. 8, 26) gemitus sunt inenarrabiles, quibus postulat pro nobis Spiritus, quid sunt excessus? quid ardores? Unde (Is. 33, 14): Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis?“ Da brennt die ewige Sonne nach dem weisen Sirach (l. c.) wahrhaft dreifach aus und entflammt mit dreifacher heftiger Liebe zu Gott: Et vere sol exurit tripliciter, quia sol aeternus terram illam hierarchicam (caelestem) et istam humanam irradiat et inflamat triplici vel triformi amore et sursum agit in Deum utramque: illam per tentionem, visionem et fruitionem: hanc per caritatem de corde puro, conscientia bona, fide non ficta.“ Der Strahl der ewigen Sonne blendet, führt in tiefes Dunkel und erleuchtet zugleich aufs höchste: „Sed quid est, quod iste radius excaecat, cum potius deberet illuminare? Sed ista excaecatio est summa illuminatio, quia est in sublimitate mentis ultra humani intellectus investigationem. Ibi intellectus caligat, quia non potest investigare, quia transcendit omnem potentiam investigativam. Est ergo ibi caligo inaccessibilis, quae tamen illuminat mentes, quae perdiderunt investigationes curiosas. Et hoc est quod dixit Dominus (3 Reg. 8, 12), se habitare in nebula; et in Psalmo (17, 12): Posuit tenebras latibulum suum.“ Dieser Strahl erhellt und entflammt (erwärmt): „Et in hoc est tota ratio contemplationis, quia nunquam venit in contemplatione radius splendens, quin etiam sit inflammans. Et ideo in Cantico loquitur Salomon per modum amoris et per modum cantici, quia ad illos fulgores non potest perveniri nisi per amorem.“

Im Anschluß an den weisen Sirach (43, 7 sq.) wendet St. Bonaventura das Zu- und Abnehmen des Mondlichtes auf die Verbindung des beschaulichen und tätigen Lebens an. Das beschauliche wird stets mehr oder minder durch das tätige beeinträchtigt: „Luna, quae crescit et minuitur, significat hominem in vita activa et contemplativa, sicut stella matutina, quae aliquando praecedit solem, et tunc significat vitam contemplativam: et aliquando sequitur, et tunc significat vitam activam. — Haec luna est Ecclesia, vacans contemplationi et actioni. Quando vacat contemplationi, tunc summe illuminatur fulgoribus caelestibus; quando vero vacat actioni, tunc minus illuminatur; et non vivit homo, qui non minuitur, quando

dat se actioni, excepto Christo, qui fuit perfectus et in actione et contemplatione. Unde nullus homo sapiens unquam descendit ad actionem, maxime praesidentium, nisi quadam necessitate; quia, secundum Gregorium in Pastoralibus (I, 9), „pollens virtutibus invitus accedit, carens vero virtutibus nec coactus“. Quare? quia ex hoc minuitur lumen illud, quod est maximae illuminationis, scilicet contemplationis.“ Die Seele begehrt mächtig, mit Gott vereint zu werden durch hohe Beschauung und stirbt dann ganz der Außenwelt ab, wird taub gegen alle Lockungen ihrer Güter und Freuden: „Sicut sponsa desiderat sponsum, et materia formam, et turpe pulcrum; ita anima appetit uniri per excessum contemplationis; et tunc, quando hemisphaerium animae totum luminibus plenum est, tum homo exterius fit totus deformis, tunc homo fit sine loquela. Unde tunc habet veritatem illud in Cantico (1, 5): Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me sol, quia tunc maxime coniungitur interioribus illuminationibus; unde (4, 10) in Exodo: Ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguae factus sum. Similiter Jacob, scilicet Israel, vir fortis, fortificatus fuit in lucta Angeli, emarcuit tamen nervus femoris eius, et factus est claudus, quia haec contemplatio facit vilem animam apparere hominibus, quando summo soli coniungitur... Et... dico vobis, quod nunquam qui vult apparere potest venire ad contemplationem.“

Auf dem Grunde des Glaubens in innigster Verbindung mit der Gabe des Verstandes baut die Gabe der Wissenschaft auf. Sie wendet so recht vollkommen die Grundsätze des Glaubens auf das Leben an. Sie läßt so recht tief und handgreiflich erfassen die Hinfälligkeit des Irdischen, die Eitelkeit alles dessen, was außer Gott ist, und nur auf Gott selbst alles Vertrauen setzen. Im Lichte des heiligen Glaubens prägt sie tief ein in Geist und Herz das erhabene Beispiel Christi, des menschengewordenen Gottessohnes, um demselben stets vollkommen im Leben nachzufolgen. Im Sentenzenbuch (l. c., q. 2) behandelt der heilige Lehrer diese Gabe nach ihrer erwähnten dreifachen Betätigung: „Quaedam scientia est, quae consistit in intellectu, secundum quod est inclinatus et inclinans: inclinatus, inquam, a fide, et inclinans ad bonam operationem; et haec fundatur super principia fidei et habet ortum a dono gratiae; et talis est scientia, quae est donum Spiritus Sancti. Et ex hoc patet, quis sit actus proprius huius doni. Est enim actus eius dirigere ad agenda secundum praeexigentiam regulae ipsius fidei, cuius est dirigere ad opera misericordiae, ut non tantum bona pro bonis reddat, secundum quod dictat lex naturae, sed etiam bona pro malis, secundum quod dictat lex gratiae, ad exemplar ipsius Jesu Christi, in quo fuit gratiae abundantia. Et ideo ad ipsam scientiam non solummodo pertinet dirigere in agendis; sed etiam ex consequenti pertinet nosse ea quae sunt fidei tanquam fundamentum suae directionis; et ulterius nosse humanitatem Christi tanquam exemplar sui regiminis; ita quod hic triplex actus convenit ei secundum triplicem respectum: unus videlicet respectu obiecti motivi, alter vero respectu sui fundamenti, et tertius est exemplaris excitativi. Et quia principalis actus accipitur ex parte obiecti; hinc est, quod praecipuus actus doni scientiae est dirigere circa actionem.“

